



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 95. Albertus Brandenburgicus ab Electore Saxoniae cæsus, captusque

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæc. XVI. inferrent damnum, sese reciperent, ni  
A.C. 1547. vero id facerent, se consilium ex tem-  
 pore capturos minitarentur, hinc Rex  
 dissimulata indignatione eis respondit,  
 non esse, quod de exteris copiis in ip-  
 sorum fines introductisquererentur, non  
 id perverso factum consilio, sed unice,  
 ut adventanti Imperatori sese facilius  
 conjungere posset: posthac ipsos Pragen-  
 ses, perinde ac si delectus in Regno ha-  
 biti causam ignoraret, admonuit, ne  
 sumptibus minime necessariis se, suos-  
 que populares gravarent, cum aliunde  
 Saxoniae Elector jamjam recessisset.

## §. XCV.

*Albertus Brandenburgicus ab Electore  
 Saxoniae cæsus, captusque.*

*Sleid. p 657.* Enimvero Saxoniae Elector ineunte  
 mense Martio Aldeburgo profectus  
 Albertum Brandenburgicum, qui Roch-  
 liciam tuebatur, aggredi statuit, ac  
 prima diei luce certamen utrinque a-  
 trox committitur: cum vero urbem tor-  
 mentis quatere, atque irruptionem ten-  
 tare Saxo juberet, præfidiarii deditionem  
 facere compellebantur, polliciti, se per  
 integrum semestre nullo pacto in fœde-  
 ratos arma sumpturos. Hæc nonnisi  
 levia erant hujus expeditionis commo-  
 da; quippe majoris longe momenti erat  
 capti-

captivitas Alberti Brandenburgici, quem Sæcul. XVI. A. C. 1547.  
 Ernestus Luneburgicus interceperat; quæ sorte elatus Elector mox Aldeburgum reversus ad Bohemos, quos sibi tum devinctos servare studuerat, totam rei seriem perscripsit, simulque eis fidem fecit, quod oblata quacunque occasione illis opem ferre paratissimus esset.

## §. XCVI.

*Electoris consilium de innovando fœdere cum Bohemis.*

Ut Elector datam promissi fidem magis luculento comprobaret testimonio, ad Bohemos Nicolaum Minquium ablegavit, cum vero hic morbo in itinere præpeditus esset, literis ad Bohemiæ Ordines datis eos rogavit, quatenus quosdam ex suis delegarent, qui cum eo agere possent. Hoc petito adacti, biduo post ad Electorem perscribunt, & de fœdere innovando fidem dant, orantque, ut adversus Mauritium & Augustum, qui ex Ferdinandi Regis impulsu in eorum fines hostiliter ingressi erant, auxilium ferret, eoquod ab eis ideo tantum bello peterentur, quod a Saxonico fœdere discedere noluisissent. Præterea die trigesima Martii ad præcipuos Moraviæ Proceres literas dabant, eosque hortabantur, ut vires suas  
 junte-

*Thu. hist. l. 4.  
 Sleid. l. 19. p.  
 659. & 660.*